

1.

2.

2

3

4

5.

6



1700.

1. Braun, Johannustus: De protectorio imperii
2 Sampt. 1700 - 1736
2. Frey, Joh. Nicolaus: De nullitate actionum hominum
indifferentium
- 2^a Gros, Johannes: De appellationibus
3. Heppel, Joh. Georg Ludovicus: De variis fidjussorum
differentiis et qui independent diversis longe
effectibus
4. Lucius, Samuel: De jure non scripto
5. Mollenbeccus, Bernhardus Ludovicus: ad audientias
disputationes Struvianas invitata.
6. Nitzschius, Fridericus: Ad capitulationem Josephi Roma-
norum regis Augusti occasione articuli de jure et
officio regis Romanorum circa advocatum eccle-
siae

7. Nitzschius, Fridericus: Ad capitulationem Iosephi
Romano regis Augusti de obligatione et potes-
tate regis Romano in genere.
9. Plato, Hieronymus Johannes: De appellatione prohibita
1701.
1. Grundgesetze, Christ. Henr.: De jure belli ac pacis
in imperio Romano Germanico
2. Hertius, Dr. Gottfr. Christoph: De constituto
3. Hoenovius, Wilhelm Ludov.: De sacri Romani
imperii Archi et hereditariis officiis isque
annexis juribus et beneficiis
4. Melchior, Johes Baethus: De naufragis naufra-
gorumque juribus.
5. Waldeus de Freundstein, Frideric. Ludovic.: De
firmitatis conventionam publicarum -

libri
tes-

6. Will, Georgius Adamus : De juris Dictione Con.

munis

is

tra



[Faint, illegible handwriting at the top of the page]

F

A

147

A

SV

JO



82832

1700,5

XI

BERNHARDI LUDOVICI
MOLLENBECII

J. U. D. ET PROF.

Ad Audiendas Disputationes

STRUVIANAS

INVITATIO.

GISSÆ-HASSORUM

Excud. JOH. REINHARDUS VULPIUS, UNIV. TYP.



BERNHARDI LUDOVICI

MOLLENBECII

J. U. D. ET PROF.


Ab Audiendis Disputationibus

STRUVIANAS

INVITATIO

GRÆCÆ-HÆSSORUM

Excudit Jo. R. Müllerus Vindob. 1774.



Q. D. B. V.



Epetitionem Syntag-
matis Juris-Pruden-
tia, quod secundum
Ordinem Pandecta-
rum concinnavit, Ju-
ris Consultus, dum
viveret, Consumma-
tissimus, Dn. GEOR-

GIUS ADAMUS STRUVIUS, in Theses
nobiliores coactam, sub meo qualicumque
praesidio, pro Cathedra publica eventulare

A 2 decre-

decreverunt, qui hactenus Auditores ad
Syntagma illud Privatissimi fuerunt, Viri
juvenes, Majorum gloriâ excitati, & pro-
priâ virtute Ornatissimi, Cultores Legum
indefessi,

DN. JOH. FRIDERICUS
WEITZELIUS, Darmstad.


DN. GEORG. FRIDER.
SCHERMER, Mindensis.

Scilicet noverunt Academiae hi nostrae Ci-
ves Laudatissimi, hanc uti in omni studio,
sic maximè in Jurisprudentiâ, proficiendi
legem, hanc regulam esse, ut jactis benè
fundamentis, Exercitationes Disputatoriae
instituantur, quæ ad veri falsique investiga-
tionem curatiorem conducant; ingenium
acuant, judicium firment, memoriam ju-
vent, linguæ promptitudinem extempora-
riam, ad proferenda animi sensa, concili-
ent,

❦ ❦

ent, audentiam denique & fiduciam, repulso timore, qui plerumque juvenes perfundit, inducant; cui regulæ qui se submittere detrectant, hunc suæ opinionis fructum, hancque pœnam socordiæ ferre solent, ut velut inexercitati milites maneant tyrones, & ubi ad rerum usum proceditur, nominis, quod vel gerunt, vel ambiunt, mensuram explere nequeant. Verissimum illud Vegetii verbum est: *Post quantum volueris stipendia inexercitatus miles, semper est tyro.* Et quod de dicendi studio, Romanæ Eloquentiæ decus M. ille Tullius ait, *Ipsa illa, si qua fuit in me facultas Orationis, nisi me ad has Exercitationes retulisset, exaruisset:* Si ad ullam aliam disciplinam, certè ad jurisprudentiam, quæ quoque dicendo & de jure respondendo absolvitur, applicari potest. Equidem nimium hisce disceptationi-

tationibus temporis dare, aut præposterè
 ad illas properare, tantum abest, ut pro-
 bem, ut potius ventosos illos Legulejos
 quàm maximè fastidiam, qui omnem eru-
 ditionem in pugnacitate, & contradicendi
 promptitudine consistere, autumant, imò,
 ubi à limine vix salutarunt Leges, se totos
 Exercitio huic mancipant, avibus planè
 quæ plumis nondum ornatae volare cu-
 piunt, vel militibus similes, qui armis
 destituti ad pugnam exire præsumunt,
 Quemadmodum verò malè hi rebus suis
 consulunt, sic optimi fortunæ suæ fabri
 sunt, qui mente prius eruditione imbu-
 tâ, & solidis præsidiis instructi, ad dispu-
 tandum procedunt, Siquidem illi in inte-
 riorem rerum veritatem penetrant, & de
 verâ tandem, non simulatâ Philosophiâ,
 soli-



solidam jurisprudentiam cum Ulpiano in-
telligo, gloriari possunt. Sed non faciant
operosam instituti hujus, quod se ipsum
commendat, commendationem, cum
per Vos noveritis, **STUDIOSI OPTI-**
MI, quos ferat Palæstra Disputatoria fru-
ctus, quantumque **STRUVII**, cujus Syn-
tagma eventilandum sumserunt laudati
Commilitones, ubique Nomen sit, quan-
doquidem hunc Virum Hodogetam ele-
gisse, neminem hactenus pœnitere po-
tuit. Initium exercitii proximo die **XVII**,
currentis Junii, horâ pomeridianâ III. fiet,
& eadem horâ singulis diebus Jovis, si
DEUS volet, continuabitur. Hos verò
actus disputatorios, ut quotquot Sacræ Ju-
risprudentiæ sua studia dicarunt, **GE-**
NEROSI

NEROSI & NOBILISSIMI DOMINI
STUDIOSI, praesentia sua honorifica de-
corare pariter, ac applausu suo calcar di-
sputantibus addere, non dedignentur, ami-
cè, & quâ par est officiositate rogan-
tur, Publ. D. XII. Junii
Anno MDCC.




Gießen, Diss., 1700-01
X 241 9304

V317







1700,5
82832
X/

BERNHARDI LUDOVICI
MOLLENBECII
— J. U. D. ET PROF.
Ad Audiendas Disputationes
STRUVIANAS
INVITATIO.

GISSÆ-HASSORUM
EXCUD. JOH. REINHARDUS VULPIUS, UNIV. TYP.

